15.

[illegible] Medulla [illegible]

in Principium [illegible]

[illegible]

Con[illegible] [illegible]

A III 214.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-61950/fragment/page=00000001

~~F. V. 25.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

III A 214 (1)

SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

De Prema [Ms 95-?] Bd. 1

Proemium.

1. Prosodia est pars Grammaticæ docens modum conficiendi carmina.
2. Dividitur in Elementariam: & versificatoriam.

Illa est quæ docet principia carminis. Hæc quæ modum conficiendi ostendit.

LIBER I. DE PRINCIPIIS carminis.

1. Carmen est apta rei alicujus per versum explicatio.
2. Principia carminis sunt Quantitas & Pes.

Quantitas est quæ, Syllaba mora seu temporis, tardiusne an citius sit proferenda, docet, ut pŏpulus pōpŭlus.

CAPUT I. DE SYLLABARUM mora seu quantitate.

1. Syllaba ratione temporis est vel brevis vel longa, vel comunis seu anceps.

Brevis est quæ celeriter profertur, ut sapere, quæ nota ˘.

Longa est quæ tardius & cum gradatim mora pronuntiatur, ut mi in dormire, quod nota –

Anceps quæ modo longa modo brevis est prout usus deposcit.

2. Syllaba est vel pura, vel impura.

Pura

Pura est quae immediate ante se vocalem habet vel diphtongum ut: Deus, solus.
Impura quae immediate ante se vocalem non habent ut: Petrus.

3. Syllaba ratione situs alia est prima, quae in dictione vel pede primum locum obtinet, alia media quae inter primam et ultimam interjacet, alia ultima quae claudit dictionem aut pedem. Adverte: ad ultimas pertinent monosyllabae, atque etiam encliticae dictiones, que, ne, ve.

4. Quantitates syllabarum cognoscuntur auctoritate seu exemplo et regulis.
Regulae sunt vel generales, quae ad syllabas generatim conducunt: vel speciales quae ad initiales et medias generatim: vel specialissimae quae ultimarum valorem ostendunt.
Autoritas est quando nititur testimonio vel simili, probati cujuspiam autoris.

ARTICULUS I. DE REGULIS GENERALIBUS.

Regula I. Diphtongus omnis longa est ut: Caena.
Obs. 1. Quando ex diphtongo vocalis aliqua nascitur, retinet quantitatem suam pristinam et vocatur crasis, ut: iniquus ab aequus, inquiro a quaero.
Obs. 2. Quando diphtongus in fine vocis

est

est. I sequitur vox a vocali incipiens,
tunc diphtongus elidi solet, per synaloephen.

R. 2. Positio omnis longa est. Reg. 2. Vere-
ro cum vocalem sequuntur duae consonantes
aut una duplex (sive in eadem dictione, sive
in fine praecedentis & initio sequentis)
ut Carmen, dixit, Quid faciat.

Obs. Muta cum liquida in eadem syllaba
occurrens, syllabam ancipitem facit ut: tenebrae.

Syllabae vero natura longae ... mutam & liquidam breviari non possunt, ut mater à mater, atri, acris, latro, tenebris, ebrietas, salubris, lavacrum, ...

R. 3. Contractio sive crasis quaevis Reg. 3.
naturâ longa est. Ut Nil pro nihil, malo pro mavolo, cogo pro coago.

R. 4. Vocalis ante vocalem brevis est Reg. 4.
ut Deus, meus.

Excipe (1. In voce fio, i (in genitivo) ...
vocalis ante vocalem reperiatur, tum i
producitur, donec ei non incurrat r. tunc n. corripitur.

(2. Genitivi pronominum 2dae decli-
nationis septem, illius, istius, ipsius,
unius, ullius, totius, nullius penultimam an-
cipitem habent. Unius vero alius,
neutrius, utrius, alterutrius, solius pen-
ultimam longam. Unum alterius penult. breve.

Monosyllaba ... producuntur in nominibus, pronominibus, verbis, adverbiis & conjunctionibus
Excipe, Mel, fel; item verba, stat, fit: Adverbia an, bis, ter ut, Reponer in ...

(3. Genitivi & dativi quintae decli-
nationis desinentes in ei, e ... penul-
timam producunt. ut diei: Reg. hae spei fides non est pura.

4. Genitivi antiqui in ai producuntur

Except: mamilla à mamma, quasillus à quasio, sigillum à signo, ostella
ut: terrai, frugiferai. sigillum et flabellum primam ancipitem habent.

Reg. 5. Derivata sequuntur naturam primitivorum suorum. Sic quia temetum habet primam longam, temulentus etiam eandem retinet. Sic par, parentis.

Maecenat, ce probat. Derivatio ... a Graecis ... ut ...

Exceptio. Nomina verbalia potissimum a supinis derivantur, ac proinde supinorum etiam quantitatem retinent. Sic jumentum a juto.

Articulus 2. De Regulis specialibus

Regulae speciales quantitatem numeris singularibus in dictione syllabae cognoscere docent.

De primis syllabis

Reg. 1. Praepositio in compositione etiam soluta sua retinet quantitatem, nisi vel positio intervenerit, ut: addico, adduco; vel vocalis ante vocalem ut: deamo.

In compositis vero praepositionum valor ex sequentibus versibus:
Semper sunto breves: ab, ad, in, re, per, ob, super et sub
Producuntur a, e, de, di, se, pro, prae, post, iam ...

Pro manens est dubius.

Reg. 2. Praeterita dissyllaba habent priores longas, ut: liqui, emi.
Excep. (1) Ista sex, dedi, tuli, steti, bibi, fidi, scidi.
(2) Priorem geminantia, quae utramque corripiunt, ut: tetigi, pepigi, tutudi, pupugi. Praeter cecidi et pepedi, ipsa a caedo et quod positione producunt, ut: pependi.

Reg. 3. Supina dissyllaba habent priores longas

ut: Trisum, bisum, etc.

Excep. Ista decem, datum, statum, fatum, ratum, situm, litum, citum, quitum, itum et rutum priores breves hab.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Mediae probantur — —

1. declinationibus.

Decli. Prima Genitivi plurales decl. primae, penultimam producunt. ut mensarum.

Idem tenendum de Dativis et Ablativis in abus. ut, deabus.

Decli. 2da (1) E, I, U ante R, perpetuo corripiunt. ut: miseri, viri, satiri. NB. Iberi et Celtiberi, perpenultimam tollunt.

(2) Genitivi plurales in orum, Dativi item et Ablativi, duobus, ambobus, quibus addi possunt duo Pronomina Nobis, Vobis, penultimam producunt.

Decli. 3tia. Genitivi singulares declinationis tertiae jam corripiunt, jam producunt: in A desinentia corripiunt penultimam, ut: Poema-atis: in O desinentia, quae O in I, mutant corripiunt ut Virgo virginis; quae vero O retinent producunt ut Regio-onis. A. O.

Excipe gentilia ut Teuto, onis.

In C. desinentia penultimam Genitivi C.

producunt, ut Halec-ecis: in al latina

L. al. penultimam Genitivi producunt, ut Hal-alis,

praeter Sal, alis & propria, ut Hanibal, alis:

el. in el, peregrina produci solent, ut: Da-

il ul. niel-elis, Michael, elis &c: il & ul,

penultimam Genitivi corripiunt; ut: Vi-

gil, ilis, Exul-ulis: Sol producit penult.

N ol. genitivi, ut Sol solis. In N.

an. in In an & in desinentia penultimam

Genitivi producunt, ut: Titan-anis, delphin

en delphinis: in en latina corripiunt,

ut flumen fluminis; praeter ren, splen

& lien, quae penultimam producunt.

on in on, quae apud Graecos per ω scri-

buntur produc ut Corydon onis: quae

R per o. corripe ut Jason-onis. In R.

ar. In ar masculina corripiuntur, ut: Caesar

Caesaris: Neutra vero producuntur, ut: Cal-

car-aris, Torcular-aris: Excipe,

Caspar-aris nectar, jubar, hepar.

penultima gen-

er itivis producitur. In er latina corripiuntur ut: agger-

eris, Carcer-eris. Excipe Ver.

ir Vir-viri. In ir, pleraque corripiuntur, ut Martyr-tyris

or In or (1) Masculina (2) Comparativa

(3) Composita a Color (4) Vocula Soror

penultimam Genitivi producunt: Corripi-

unt

unt Contra Genitivi penultimam (1) Neutra (2) Composita a corpus et decus.
(3) Graeca, ut Rhetoris (4) arbor et memor.

In ur, corripiunt penult. genitivi omnia. **ur.**
Praeter Fur, furis. In S. **S.**

In as producunt penultimam genitivi **as**
omnia in ātis. ut: aetas, sanctitas etc.
Praeter anas - anătis: Corripiunt
genitivum in adis et aris, ut vadis,
măris.

In es, producunt penultimam haec octo, **es**
merces, quies, inquies, locuples, tapes,
lebes, magnes, haeres. Et Graeca, Lacher,
Chremes, Dares, Ramnetis: reliqua corrip.

In is, crescentia penultimam corripiunt **is**
ut lapis, lapĭdis. Praeter lis, glis, Dis.

In os, producunt genitivi penultimam **os**
omnia, ut: mos - oris, honos - noris.
Excipe compŏtis, impŏtis. Item arbŏris, bŏvis, Jŏvis

In us, Comparativi, Item monosyllaba **us**
et foeminina quae u in obliquis retinent,
penultimam genitivi producunt, Praeter
pecudis, liguris, intercutis, et quae u,
in obliquis mutant, ut Corpus, corporis.

Obs. Voc. in S impur. desinunt, nisi ea positione producantur, penultimam genitivi corripiunt. ut: Chalybis.
Excipe, plebis, sepis, Cyclopis, hydropis, Cecropis, gryphis.

T. X.

In t, omnia penultimam Genitivi producunt.

Ax — In ax latina producunt, ut pacis.
Excipe facis.

Ex — In ex, corripiunt (1) disyllaba et polysyllaba, ut Pumicis, Pontificis.
Excipe, verbex, tibex, exlex, is.
(2) corripiunt monosyllaba ut nex, grex, egis. Excipe lex, rex, fex.

Ix — In ix producunt, ut radicis, cervicis, lodicis, felicis, nutricis, pistricis, perdicis, mastigis. Excipe (1) concreta foeminina picis, nivis, filicis, laricis, salicis, histricis, appendicis, compendicis. (2) masculina et communia ut fornicis, calicis, natrix, calicis, varicis.

Ox — In ox producunt omnia, Excepti tribus Cocis, Cappadocis, Allobrogis.

Ux — In ux corripiunt omnia, praeter tria lucis, frugis, Polluci.

Dativus et Ablativus Pluralis in ter-
tia declinatione semper i breve habet
ante bus; Excipe bobus, quod o longum
habet per crasin.

Vocativus in utroque numero similis
est nominativo.

Declinatio 4ta.

Dativi et Ablativi Plurales sive i
sive u ante bus habeant semper penul-
timam corripiunt, ut fructibus, actubus.

Declinatio quinta.

Genitivi et Dativi sing. ut et Genitivi
Dativi et Ablativi Plurales e producunt.
ut: Diei, dierum, diebus.

De Speciebus nominum

(1) Patronimica Masculina in des, des.
corripiunt penultimam ut Priamides.
Excipe formata a nominibus in eus, eus
cles: Item foeminina in eis, ais, ine
idne penultimam producunt.

(2) Possessiva et Gentilia in anus, inus
irus, ata, atis, ita, ota finientia producunt
penultimam. Excipe eus quod corripit
interum, interamn producit.

(3) Diminutiva, haec penultimam aut cor-
ripiunt si vocalis ante vocalem adsit, aut

A.

si positio producunt, ut; lapillus, pusio: Reliqui verò via penultima corripiunt.

(4) Denominativa & verbalia.

A. Desinentia in A penultima producunt in aca, ica, uca praeter brassica, fabrica, pertica, sutica, mantica, manica, filica, pedica, tunica, tomica, alica, betonica, serica, salarica, utica. Et graeca lyrica, musica.

Producunt 2do penultima in ga, ga, praeter caliga.

Producunt 3tio in ia, quae duabus syllabis genitivum primitivi excedunt, antepenultima producunt, ut justitia; quae verò ad casum primitivi in e tantum a assumunt, retinent quantitatem primitivi, ut audacia.

Producunt 4to in imonia desinentia i penultimam corripiunt, & o antepenultima producunt, ut querimonia: in uria, antepenultima producunt, ut penuria. Praeter luxuria centuria, decuria: in ela, ola penultima producunt, ut candela, oenopola: in ula, corripiunt ut fabula, matula: in ma graeca penultima producunt ut: drama. Excipe thema. Apathema utroque modo recte dicitur: in na, penultimam producunt, ut campana, culina: Excipe, foemina a cano, ut: buccina,

tibicina, sic patina, femina, lamina, tru-
tina, machina, sarcina, pagina, proser-
pina, asina. Huc refer mundina:
in pa, penultimam producunt ut: pipa.
Excipe upupa, papa, nepa, lupa, alupa:
in gra, penultimam corripiunt, ut agra, siligra:
in ira, ora, ura, penultimam producunt,
ut pictura; Excipe amphora:
in abra verbalia, penultimam producunt,
ut: dolabra: in ebra corripiunt ut; latebra:
in usa, et ta, penultimam producunt
ut Musa, Cometa. Excipe in ta, andabata,
Hypocrita, orbita, semita, amita, navita:
in iva producunt penultimam ut Saliva, stiva.

E. In ce denominativa penultimam corripiunt ut Grammatice: in ale, ile, are penultimam producunt ut dentale, cubile, altare: in ne, graeca penultimam corripiunt, ut Melpomene. E.

O. In do, quae desinentia penultimam producunt, ut lupedo, vertigo. Excipe Macedo comedo & Ligo. Undo. Corripiunt antepenultimam desinentia in tudo, ut: fortitudo. Producunt antepenultimam verbalia desinentia in etudo, ut valetudo: in io, antepenultimam praesentia & supina in tantum ut munitio. in so, penultimam producunt ut: avaro, cgrino. O

Epulo tractum est.

L. In al, penultima producta retinent ut Cervical, tribunal: in il, penultima corripiunt ut vigil. Excipe Mugil.

M. In cum penultima corripiunt, antepenultima corripiunt ut Traticum. In ulum, penultimam semper corripiunt ut epulum: in abulum & aculum, penultima corripiunt antepenultimam corripiunt ut: pabulum. Excipe stabulum: in ibulum et iculum, si veniant à quarta Conjugatione penultima brevem, antepenultima longa, ut periculum: si aliunde descendant, utramque corripiunt ut: latibulum, vestibulum. Reliqua e primitivis cognoscenda. Nam speculum à specie prima brevi est, spiculum à spica, longâ: in inum & onum penultima producunt ut: Salinum: in abrum, ubrum, acrum, ucrum, atrum, penultima producunt, ut: Candelabrum, delubrum, aratrum. Excipe lubrum, barathrum, lucrum, rutrum. in ebrum, etrum, icrum corripiunt penult. ut cerebrum: in tum, penultima producunt, ut temetum. Excipe defrutum: in mentum, quae à supinis longis derivant, antepenultima producunt, ut pimentum à potum;

quae vero vel a supinis brevibus vel a
praesenti veniunt, antepenultimam producunt
ut momentum: in ETUM praecedente
i, penultimam producunt, ut olivetum: in BIUM
penultimam corripiunt, praeter connubium
in CIUM, DIUM et GIUM penultimam pri-
mitivi sequuntur, ut indicium a dico, judicium:
in OLIUM et ELIUM producunt, ut Capitolium.
Excipe primitiva, ut folium, solium, dolium.
Graeca per ω scripta producunt, ut Monopolium;
per o corripiunt, ut epistolium, crocolium.
In ILIUM antepenultimam corripiunt,
ut auxilium: in ALIUM natura brevia sunt,
reperiuntur tamen aliquot paucissima tamen longa
ut sandalium: in IMIUM antepenultimam
corripiunt, ut eximium, nimium: in OMIUM
et UNIUM, antepenultimam producunt, ut: jeju-
nium patrimonium: in CINIUM, antepenul-
timam corripiunt, ut patrocinium, tirocinium.
I ante nium et cinium corripitur, ut patrimonium, vaticinium.
in PIUM, antepenultimae ex primitivo in
dagandae. Duo tamen semper producunt antep.
ut: marsupium et scolipium. In GRIUM
antepenult. corripiunt, ut delegium, collegium:
in ARIUM, IRIUM, ORIUM antepenultimam
producunt ut: suspirium, armarium, tentorium

in brium, antepenultimam naturâ corripiunt, quod liquidam tu cum muta, etiam producunt, ut: ludibrium: in erium & urium, antepenultimam corripiunt, ut ministerium, magisterium. Excipe quae veniunt a graeco ειον, producunt antepenultimam, ut Psalterium, mysterium, cemeterium, sic dicterium: in icium graeca sunt, & ex scriptura cognoscenda sunt composita: in arium, antepenultimam habent longam. Excipe Latium à lateo, & reliqua quae primitiva brevia sunt: in urium antepenultimam brevem sunt, ut: diluvium.

N. N. In icen, penultimam corripiunt, praeter tibicen, quod crasin patitur tibiicen. In amen, emen, omen, umen, producunt penultimam, ut: examen. Excipe columen. In imen, à supino producunt penultimam ut: lenimen à lenitum; à praesenti penultimam corripiunt, ut regimen à rego.

R. R. In ar, penultimam producunt, ut lacunar, torcular. Excipe specular & peregrina quaedam Balthasar.

In er, penultimam haec corripiunt, cuber, celeber, alacer, volucer, celer &

de

degener. Producunt salubber, Pagaver & cadaver. Reliqua e primitivis petantur.
In Or, penultimam habent talem, qualem primitiva permittunt, ut imbrifluor.

S.

S. In tas, penultimam habent brevem, antepenultimam ex primitivis petunt ut fidelitas:
In ges, penult. producunt: in ies, penultima quidem vocali ante vocalem corripiunt, sed antepenultima ex primitivis judicanda est, quanquam & illa brevis sit. Excipe meridies.
In tes, penultimam producunt, ut Protes.
In alis, elis, ulis, penult. producunt.
In ilis si a nominibus veniant penultimam producunt ut: virilis. Excipe sterilis, humilis, dapsilis, pestilis: Si a verbis penult. corripiunt, ut docilis, flexilis.
In abilis, ebilis, obilis, ubilis vero antepen. producunt, penult. vero corripiunt. Excipe stabilis.
In ibilis, et quod a supinis brevibus veniunt ut: credibilis. Et quod a praecedentibus formantur ut: terribilis (3)

q̄ ultra liquidi characteristicam terminationem bilis assumunt corripiunt antepenult. ut Commenibilis: Verò vero à liquidis longis descendunt, longa sunt, ut Scibilis.

In atilis, omnia anteq. producunt, Penultimam verò brevem hnt ut: Volatilis.

In mis et nis Penultimam gravitate deponunt ut infamis, [illegible].

In acis penult. producunt. Excipe bimaris & hilaris.

In bris & cris, penult. naturâ brevem hnt, sed propter mutam et liquidam communem faciunt. ut celeber &c. Excipe salubris à salus.

In sis, graeca, si per H & ω scribuntur producunt penultimam, ut Thesis, metamorphosis: si per α, ε, ι, ο corripiunt ut emphasis, haeresis. Excipe Crasis.

In acus, penult. corripiunt, ut: Amaracus. Excipe opacus & meracus.

In icus penult. corripiunt ut Rusticus etc.
Excipe amicus, apricus, posticus, ficus,
caprificus, mendicus, lumbricus, pudicus,
umbilicus. Et propria, ut Albericus, Theo-
doricus, Fridericus et Ludovicus.

In aticus et iticus antepenult.
producunt, penult. corripiunt: ut aqua-
ticus, leviticus.

In idus, penult. omnia corripiunt, ut:
candidus. Praeter propria ut: Artaphridus.

In adus, propria producunt penultimam
ut: Conradus.

In abundus, acundus et ecundus,
antepenult. producunt, ut jactabundus, iracundus.
Excipe secundus.

In ebundus, ibundus et icundus
antepenult. corripiunt, ut moribundus etc.
Excipe sitibundus.

In ilus et ulus penult. corripiunt.
ut Rutilus, garrulus. Excipe Cucullus
(quod Despauterius et alii produxerunt)
Item Crocodilus, Trifibulus

In alus, penultima saepe corripiunt,
ut Thessalus. Praeter Sardanapalus.
In elus & olus penultimā scripta
per ε & ο corripiunt, Eolus; per η
& ω verò producunt, ut Camelus.
In aculus antepenult. producunt,
penult. corripiunt, ut graculus.
Excipe diminutiva oculus.
In iculus, antepenult. corripiunt ut:
ridiculus: Excipe pediculus, cuniculus.
In amus et emus, penult. producunt.
ut: Adamus: & superlatiua illa, postre
mus, supremus, extremus.
In imus penultimam corripiunt ut:
septimus, decimus. Item superl. ut doctissimus.
Excipe bimus, trimus, quadrimus, opimus.
Et duo superlativa imus, primus.
In esimus, antepenult. producunt,
ut centesimus &c.
In itimus, antepenult. corripiunt ut:
finitimus &c.
In anus, enus, onus, unus penul
timam producunt ut: Urbanus, serenus &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-61950/fragment/page=00000020

Excipe composita à Manus, ut Centimanus;
Item è graecis Stephanus, Eridanus.

In inus penult. producunt (1) Deducta à rerum animatarum nominibus, ut Anserinus (2) Distributiva numeralia ut: bini, trini; (3) Nomina Gentilia ut Latinus; (4) Propria ut Augustinus, Justinus. (5) Hæc vocula clandestinus, intestinus, mediastinus, festinus, matutinus, marinus, divinus, peregrinus, inquilinus, libertinus, matutinus, vespertinus, diutinus, ~~serotinus~~, ~~hornotinus~~, palatinus, supinus, bessinus, caninus, inopinus, caminus, catinus, echinus, gelasinus, collinus. Reliqua sive à rebus inanimatis, sive aliunde deducta, corripiuntur: ut Adamantinus.

In qvus, penult. producunt, ut obliquus, antiquus. Excipe composita à sequor, loquor, linquo.

In rus penult. producunt ut: amarus, Sic graeca, mazurus, gyrus, Tyrus;
Excipe (1) Camurus. (2) Graeca in arus ut Pindarus (3) Graeca in erus, urus Satyrus

per e & o. ut Cerberus.

In isus, usus, deducta à supinis, sequuntur originem ut visus, lusus.

In osus penult. producunt ut vinosus.

In tus penult. producunt: ut barbatus.

Excipe deducta à supinis brevibus ut: Creditus, domitus. Item totus & grotus à tot & grot, quorum penult. brevis est.

In ilentus, olentus, ulentus corripiunt semper antepenultimam, ut: violentus.

In vus penultimam producunt ut: Octavus. Excipe avus cum compositis. Batavus hic anceptem penultimam.

In aus penult. ob vocalem corripiunt. Excipe quod cum graeco λαος componuntur, illa n. penult. producunt, ut Menelaus, Laodamas, Archelaus.

In aceus, aneus, oneus, antepen. producunt, penultimam corripiunt: ut ...

In uleus vero & uceus primitivi paer retinent ut Caduceus.

In icius vel itius, i antepenultima ...

Fortuitus dicitur antepenultima est longa. Item pituita. Totus & universo ... primus ... numerali corripit.

De antepenult.

ex primitivis habentibus eiusdem
quantitatis illud, sicut in primitivis
erat, retinent, ut dominicus, veterinus:
Quae vero i, aut affirmativam aut ter-
minativam sunt, illud si sint nominalia,
illud corripiunt. ut: Patritius, natalitius;
Praeter Novitius: Sin verbalia, illud
producunt, ut suppositicius.
In dius et gius, antepenultimam
corripiunt, ut dimidius, Claudius & Praeter
[illegible] Regius.
In alius anteq. corripiunt ut Menalius.
In elius anteq. producunt ut Cornelius.
In ilius anteq. corripiunt. Excipe
Lucilius, Manilius.
In olius & ulius confirmanda ex pri-
mitivis est.
In mius, ex primitivis judicantur ut abstemius.
In anius, enius anteq. producunt. ut Afranius.
In inius & unius anteq. corripiunt, ut Verginius.
In onius per o corripiuntur per ω produ-
cuntur ut Sardonius, Sempronius.
In arius, orius, irius antepenult. producunt,
ut: Denarius, Contrarius. Excipe yrius per y
ut Porphyrius.

In erius corripiunt ut Tiberius, prod[uctionem] habent Darius.
In urius variant, ac plus usu discendum.
In asius Latina producunt ut Amasius: Graeca corrip[iunt]:
ut Athanasius, Anastasius.
In esius per e corripiunt ut: Ephesius, per
η ut Milesius, Marpesius.
In osius per o corrip. ut: Ambrosius, Theodosius.
In usius Graeca producunt, Latina corripiunt, ut Volusius.
In atius, utius producunt, praeter Pancratius.
In etius etiam variant, pancitum[?] et Obs. duo Lucretius.
Boetius longa e.
In itius ex primitivis cognoscuntur, ut domitius a domitus.
In urius corripiunt ut: Pacuvius; in ivius ut Livius
longum est, caetera cognoscenda ex primitivis.
In atrix, etrix, itrix, otrix, utrix retinent
quantitatem primitivi; hic excipit penult. genetrix
a genui, vitrix a vitus: praeterea venatrix, competrix.

3. De Conjugatione.

Reg[ul]a 1. A primae conjug. characteristica ubique producitur, ut:
amari, amare. Excipe A in dare ejusque compositis.
E. 2dae conj. characteristica longa, tertiae ve-
ro brevis est, ut: docere, legere.
I. quartae conj. charact. semper producitur, ut audiebas.
Excipit I in ito cum compositis, ut abitum.
2. Praeter. imperfectum, penultimam in omnibus pro-
du-

Verbi cujuscunque conjugationis, modi & numeri fuerint producunt. ut amabam, docebas, legebam. Excipe imperfectum Optativi & Conjunctivi modi tertiae conjug. quod in singularibus personis & tertia plurali penultimam corripit, ut: legerem.

3. Personae desinentes in amus, atis, emus, etis, ote, penultimam producunt. desinentes vero in eram, erim, ero, corripiunt.

4. Personae prodeuntes in imus, itis tertiae Conjug. corripiunt: quartae producunt.

Obs. Producunt eandem etiam in anomalis, ut velimus, nolimus, malimus, simus, possimus.

5. Personae praeteriti in imus, itis, semper penultimam corripiunt; personae futuri in rimus, ritis, quoque correptam habent penultimam ut docuerimus, itis. Excipitur futurum subjunctivi modi, quod commune vulgo est.

6. Praeterita in vi, desinentia, vocalem quamcunque praecedentem producunt. ut: spectavi, delevi, agnovi, ambivi.

Obs. U in tertia conjugatione corripitur. Ut volumus, possumus &c.

7. Supina in tum, praecedente a, e, o, u penultimam producunt: Excipe datum, statum, satum, ratum, citum cum compositis.

Item: Supina in itum, 2dae & tertiae conj. penultimam fere corripiunt: ut habitum &c. At quartae Conjug. & praeterita tertiae in ivi penultimam producunt, ut auditum, petivi. Excipe, quitum, itum, litum, et citum a cieo: nam a cio producit

4 Formis Verbor.

(1) Perfecta. 1. Perfectae formae Verba simplicia flexa, dissyllaba st: si quae tri, polysyllaba st, eorum penultima vel positione [illegible], vel vocali ante vocalem
2. Quae e nominibus veniunt, quantitatem illorum retinent; ut lacero a lacer.
3. Verba in ino desinentia polysyllaba, quae actionem dicunt absolutam, penultimam producunt, ut festino, inclino, opino: quae transitivam, corripiunt, ut: lancino, destino etc. Excipe sagino.
4. Composita retinent simplicium quantitatem, ut fero, gero etc.
5. Verba in igo, [illegible] corripiunt frequentius, ut litigo, remigo: producunt etiam, ut: fatigo, irrigo;
6. in olor, quaedam producunt, ut: [illegible] quaedam corripiunt. ut hariolor. De [illegible] [illegible] conveniunt. NB

(2) Inchoativa. 1. Inchoat. in sco penult. quidem positione producunt, antepenult. vero primitivorum retinent.

(3) Frequentativa. 2. Frequent. in to corripiunt, ut: factito, cogito: in so, similiter quantitatem retinent, ut: viso

(4) Meditativa. 3. Haec in rio, quae a supinis veniunt antepenultimam corripiunt, ut: esurio, parturio, lecturio: (Ligurio, scaturio [illegible] inter Meditativa refert et a regula excipit: [illegible] vero negant esse [illegible])

(5) Diminutiva. 4. Haec positione longam habent

penultimam ut bubillo; quae in Co desinunt, eandem corripiunt, ut rusticus, albico, fodico. Senior a Corsica longa.

Adverbia in atim, itim, etim, utim, penult. habent longam. Sed in itus, et iter brevem.

N.B. in ilo, ulo derivata penultimam corripiunt ut nihilo, sibilo, ambulo; Praeter adulor, depeculor.

8. In ucio antep. producunt ut: Lancio.

De 5. Compositione.

1. Quae ex duobus integris componuntur, retinent quantitatem simplicium.

2. Quae ex duobus corruptis vel corrupto et integro componuntur sunt (1) Si prior pars est verb. et tertiae conjug. fuerit e corripit. ut: tremefacio. (2) Si vero est verbi ex secundae conjug. e tam corripit quam producit ut calefacio, liquefacio. (3) Si ex nominibus i corripitur ut: multiplico, crucifer. Excipe pridie, postridie, quilibet, quivenis; et reliqua ex quo, quanti, tanti, et quali composita. Item meridies, et tibicen per crasin.

3. Quae ex integro priore componuntur, illius quantitatem retinent, quidam sed breviant ut quapropter, quidam.

4. Quae ex inflexibilibus orationis partibus componuntur, retinent quantitatem simplicium, ut maledico, benefactum, siquis, neque, nequicquam, nequaquam, necubi, nedum, sicubi, sicui. Excipe, siquidem, ibidem, ubique, nescio, nefas, nequeo. Et retro intro, in comp. o corripiunt.

Ubi uis et dubium sunt indifferentia.
5. Idem maior pars, neutrum corripit.

6. Diminutione.

Diminutio est cum de fine dictionis una vel plures syllabae tolluntur, et ex residuo cognoscitur quantitas. ut docuerimus, cognoscitur ex docuerim. lapidibus ex lapidis.

7. Pronuntiatione.

Pronuntiatione tum penultimae polysyllaborum cognosci possunt. Si enim accentus est in antepenultima brevis est penultima: si in penultima, eadem est longa.

8. Analogia seu similitudine derivationis.

Analogia cognoscitur syllaba media per derivationis similitudinem, Ex: sicut media producitur in Loquela, ita etiam in Cautela; sicut in vinosus ita etiam lutosus.

ARTUS 3

Regulae specialissimae ostendunt quantitatem ultimarum syllabarum. Quia vero ult. syllabae aut vocali aut consonanti terminantur, ideo secundum Alphabeti ordinem examinandae sunt.

A. Corripiunt (1) Nominativi et Voc. singulares primae declinationis (2) Nominativi, Accusativi et Vocativi plures Neutrorum, 2dae, tertiae et quartae decl.
Producunt (1) Ablativi primae declinat.

ut mori (2) Imperativi primae conjugationis.
(3) Vocativi primae decl. à nominibus in as.
(4) Omnia indeclinabilium partium vocabula, ut ultra etc.
Excipe, ita, quia, postea, Eja raris[s]ime corripitur, quod semper vocalibus deget
Ancipitia sunt omnia numeralia in ginta, ut triginta
etc. Hallebergius.
E. Corripiunt (1) Nominativi, Accusativi et
Vocativi neutrorum tertiae decl. ut monile etc.
(2) Ablativus tertiae decl. ut carmine. Excipe fame.
(3) Vocativi 2dae ut domine, (4) Imperativus
tertiae conj. (5) terminatio infinitivi, et aliarum per-
sonarum compositarum conjugationum, modi temporis, numeri personae.
Excipe imperativus 2dae conj. ut doce.
Sed vale, cave et vide sunt communia.
(6) Adverbia derivata ab adjectivis in is. ut facile.
His adduntur, ante, absque, age, ecce, eje, here, heri,
hercle, forte, mage, mane, pote, sive, pone, nempe
pene, quippe, vile, sponte, saepe, temere et esse.
Producunt (1) Ablativi quintae declinationis
ut: specie etc. (2) Vocativi primae declin. nominum
in es et e desinentium. (3) Imperativus 2dae
conjugat. Excipe, vale, cave, vide. (4) Accusativi
et Ablativi pronominum primitivorum, ut me te se.
(5) Adverbia derivata à nominibus adjectivis in us et er

ut docte pulcre. Excipe bene, male. (6) Et haec adverbia fere, ferme, longe, prave, hodie, et interjectio ohe.

I. Producuntur latina omnia. Praeter mihi, tibi, sibi, ibi, ubi et cui dissyllabum quae communia sunt.

O. Producuntur (1) Dativi et Ablativi 2dae declinationis omnium Nominum et Participiorum. (2) Monosyllaba do, sto, flo, no. (3) Pleraque indeclinabilium graecorum vocabula, praesertim deducta ab ablativis Nominum aut Pronominum, ut ergo quo tanto, quanto, ideo, adeo, merito, falso, primo postremo (4) Foeminina quae graeci per ω scribunt, ut Dido:

Communia sunt (1) omnia latina tertiae declinationis Nominativi et Vocativi casus, ut Virgo. (2) Verba dissyllaba et Pollysyllaba, ut amo, doceo. Excipiunt cedo scio. (3) Gerundia in do. (4) duo, ambo, octo. (5) Caeteri adverbiorum semper producuntur, conjunctiones indifferentes putantur.

U. Producuntur omnia.

B Corripiuntur ab, sub, propria fere producuntur, ut Jacob.

C Corripiuntur nec, et donec, v.

Indifferenta sunt fac verbum et hic pronomen

reliqua producuntur omnia

D. Corripiunt latina, ut ad, sed, id.
Producunt peregrina, ut David.

L. Corripiunt omnia, praeter sol, nil, et peregrina in el, ut Daniel, Michael, Samuel.

M. Corripiunt semper si non eliduntur, ut in carmine: ut: Mare turgidum claudat circumcurrentibus oris.

N. 1. An finientia latina corripiuntur, ut: forsan, an. Excipe (1) in an graeca ut Paean (2) accusativum in Nominibus graecis primae declinationis, ut Aenean.
2. en finientia latina corripiuntur, praeter en, ren, splen et hen.
3 in finientia latina producuntur, ut hinc quin.
Excipe quae apostrophen vel apocopen dicuntur ut nostin, egin
4 on finientia latina producuntur ut non.
5. un finientia latina nulla sunt, nisi forte hebraica quorum quantitas incerta est.

R. Corripiunt omnia, praeter (1) par cum compositis (2) nar, lar, far, ver. (3) graeca per ης scribuntur et in genitivo per ηρος flectuntur, ut aer aether crater.
Obs. Pater et Mater quamvis per ηρ scr.

bant, qa tn n formant genit. in eris a rega excipiuntur (4) laur et fur.
Indifferens est cor.
S. 1. as finientia latina producuntur; Excipe anas, vas. 2. es finientia producuntur (1) nna tertia declinationis quae non crescunt in genitivo, ut fames (2) quintae declin. ei ut res, rebus
(3) crescentia in genitivo, dum penultimam longam ut mercedes, haeres (4) ces nominativi accus. et vocativi pluralis tertiae, quintae decl. latinae. (5) sec. persona verbi in es ut ames. Excipe es a sum cum compositis.
(6) adverbia numeralia, ut quinquies
Corripiuntur (1) nna tertiae decl. quae in genitivo crescunt et penultimam breven habent, ut miles, seges. Excipe abies, aries, paries, Ceres et pes (2) rel. pos peres.
S. is finientia producuntur (1) nom. syllaba glis lis. Excipe bis adverbium, cis praepositionem, sis ac quis pronomina cum compositis.
(2) quae genitivo formant seritis vel inis ut dis, dis. (3) dativi et ablativi plurales
primae

primae et 2dae decl. ut Musis.
(4) Pronomina illis, ipsis, istis, meis, tuis, suis, nobis, vobis et quibus. (5) Tota persona singularis indicativi praesentis 4tae conjug. ut audis. Huic adde velis, sis, nis cum compositis. Item possis, ipsis.
Corripiuntur reliqua omnia.
4. OS finientia longa sunt, ut bos et oris.
Excipe os ossis cum compositis.
5. US. Producuntur (1) monosyllaba, rus, mus. (2) Latina 3tiae declin. foeminina, quae u in obliquis retinent (3) genitivi singulares et Nominativi, Accusativi, et Vocativi Plurales 4tae decl. reliqua omnia corripiuntur.
T. Corripiuntur omnia.

CAPUT II. DE PEDIBUS.

1. Pes, est numerosa syllabarum dispositio, certa quantitate definita.
2. Dividitur autem pes in bissyllabos, trisyllabos, quadrisyllabos etc.
3. Ex his praecipui et usitatiores

Disyllabi sunt

◡ ◡ 1. Pyrrichius constans duabus brevibus, ut: Deus.

– – 2. Spondeus constans duabus longis, ut: clemens.

◡ – 3. Iambus constans brevi et longa, ut: amant

– ◡ 4 Trochaeus sive Choreus constans longa et brevi, ut: Omnis

Trisyllabi sunt

– ◡ ◡ 1. Dactylus constans prima longa, duabus brevibus, ut: Carmina

◡ ◡ ◡ 2. Tribrachys constans tribus brevibus, ut: Canite.

– – – 3. Molossus constans tribus longis ut: Cyrenteus.

◡ ◡ – 4 Anapaestus constans duabus brevibus et una longa ut: miserant

◡ – – 5. Bacchius constans prima brevi, duabus longis: ut gubernant

◡ ◡ – 6. Palimbacchius constans duabus brevibus et ultima longa.

Quadrisyllabi et Pentasyllabi ut adjiciantur non est opus, quando quidem ii raris occurrant, et passim in libris Poeticis reperiri possunt.

Liber II. de Poetica versificatoria

Versus est plurium pedum legitima quaedam congeries.

Genera versuum sive carminum ab aliis 10. ab aliis 9. ab aliis 4. numerantur.

Nos usitatissimos hos 9. retinebimus.

1. Adonicum. 2. Phalecium. 3. Jambicum, sub quo comprehendit Anacreonticum et Scazon. 4. Trochaicum. 5. Choriambicum Asclepiadeum et Alcaicum. 6. Anapaesticum. 7 Sapphicum. 8. Elegiacum. 9. Heroicum.

Adonicum —∪∪|——.

1. Adonicum duas regiones habet, in priore dactylus in posteriore spondeus. Vocatur alias particula hexametri.

2. Elegantias sive virtutes habet communes cum anapaest.

Phalecium ——|—∪∪|—∪|—∪|—∪|

1. Phalecium est quod quinque constat regionibus, et habet in prima spondeum, in 2da dactylum, in tertia quarta, quinta trochaeus. Alias hendecasyllabum dicitur, ab 11. syll.

2. Elegantias sive virtutes has agnoscit: primo, si caesura penthemimeri excernatur; ut: [illegible] composuit, olim Phalecus

2do si Epanodos sive reciprocationes adhi

beant. 3tio si in fine carminis repetatur primus vel etiam alter versus.
4to si Paronomasia crebra adsit, i.e. eadem vocis repetitio. 5to si pollysyllaba sint frequentia.
3. Vitia. Vitium est si in secunda regione ponatur spondeus.

Jambicum.

1. Jambicum est ubi principatum jambus habet.
2. Vocatur alias monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum, a diverso numero regionum.
3. Monometrum verum est, quod unam habet dimensionem, sed duos pedes, ∪–|∪–. Dimetrum quod habet duas mensuras sed quatuor pedes ∪–∪–∪–∪– est
versui Anacreontico gentium. Trimetrum quod tres dimensiones habet, sed sex pedes, unde et senarium jambicum dicitur ∪–∪–∪–∪–∪–∪–. Tetrametrum habet quatuor mensuras et octo pedes, unde Octonarium alias dictum, in Comicis est usitatissimum.
4. Elegantiae ejus sunt si solis constet jambis, aut spondeis et jambis alternatim, ut: Frontem decet neque exaret
Si penitus Trochaeus exulet: si paribus regionibus id est secunda, quarta, sexta et octava, pariter jambus vel resolutus jambus (id est tribrachus) sed alium admiserint pedem. In hoc carmine resolvitur saepe una syllaba longa in duas breves, sicque jambus resoluta posteriore

longa in duas breves, tribrachus subjicit; &
pro spondeo nunc anapaestus, nunc dactylus.
Sub hoc comprehendit Anacreonteum.

I. Est vero Anacreonteum, si ultimus dimetri
pes dirimitur. Ut: vĕnī | rĕdēmptŏr | ōrbĭūm [?]

2. Elegantiae hujus carminis sunt. (1) si ana-
phora crebra sit. (2) si repetitiones recipro-
cae adsint, sive integrorum versuum sive singulorum
tantum vocabulorum (3) si paronomasia intercurrat.
(4) si epistrophe saepe admittatur (5) si exclama-
tiones cum repetitione recurrant (6) si simplices
adhibeantur (7) aposiopesis etiam exornat.
(8) si unicum vocabulum versum constituat.

3. Vitia. si immediate se consequantur ver-
siculi, quorum unum vocabulum constituit. Anacreon
est dimidium phalaecium.

Sequitur Scazon

I. Scazon idem est quod iambus senarius,
sive trimeter iambicus, nisi quod hic pedes
habeat strictiores, quippe in 2da, 4ta, 5ta
regione spondeus nunquam poni potest, nec alius
pes quam iambus.

2. Solet hodie dividi in iambicum dimetrum
et monometrum, catalecticum atque acatalecticum

4 Trochaicum

1. Trochaicum est, in quo dominatur Trochaeus.
Nam in imparibus regionibus, i. e. 1ter 2da, 4ta 6ta, sunt nullus alius recipitur, quam tribrachys aliquando tribrachys [illegible] admittitur. Usitatum est tetrametrum sive Octonarium, catalecticum monocolon, quod est, quando ad perfectionem pedis una syllaba deest, ut: Disciplinam [illegible] solet saepe legum tenacula.
2. Elegantius est, si jambus ab eo expulet.
3. Si in tetrametro 4tus pes una cum dictione finiatur.
4. Certa est, si haec negligatur.

5. Choriambicum.

Choriambicus pes: -uu-

1. Choriambicum est, quod choriambicum pedem prae ceteris amat. Ejus species adsunt quinque:
(1) Glyconicum, in quo unus est choriambus: ut: Musica [illegible]
(2) Asclepiadeum in quo duo sunt choriambi.
(3) Alcaicum, in quo tres choriambi.
(4) Aristophanicum et Sapphicum. Has priora tria retinebimus.

Choriambicum Glyconicum est, in quo unus est choriambus.
Choriambicum Asclepiadeum est quod 4 habet regiones, in prima spondeum, in 2da et 3tia choriambum, in 4ta pyrrichium vel jambum. Ut: Maecenas atavis edite regibus.

Elegantia Asclepiadei est (1) si pentemime-
rin habeat, quâ absente versus est languidior.
(2) Nihil obstat si singula verba dent singulos pedes,
ut: Crassa indoctus pauperiem pati.
(3) Potest facile in pentametrum mutari:
Choriambicum Alcaicum quinque sunt regionum.
In prima spondaeus, in reliquis tribus choriambus,
et quinta iambus -- | -vv- | -vv- | -vv- | v- |

6. Anapaesticum.

1. Anapaesticum est, in quo anapaestus dominatur.
Nam in omnibus pedibus anapaestum recipit, hic
quandoque suppleant vices eius spondeus et dactylus:
usque ita saepe, ut desinat videre liceat versus, qui
nullum anapaestum habeant.
2. Eius genera sunt multa minusque usitata.
Nos ipsa retinebimus, scil. Dimetrum acata-
lecticum vv- vv- | vv- vv- |. Dimetrum Acata-
lecticum, quia nullus pes deest. Alias dicitur Aristopha-
nicum. Constat quatuor regionibus, singulis anapae-
sto, aut dactylo aut spondeo constantibus.
3. Cum Anapaestus etiam in ultima sede admittatur, tum non culpatur, quin imo eo pulchrior
versus est, si singuli pedes singulis verbis constent.

4. Quia vero hoc genus 2 paribus 2 minus quoad pedes est, hinc diversas appellationes sortitur. Vocatur Dimeter, quod duobus pedibus constat, in quo pulsore componitur Dactylis spondeis, trimeter tetrameter

7. Sapphicus — ᴗ — — — ᴗ ᴗ — ᴗ — ᴗ

1. Sapphicum carmen est, quando trochaeus spondeo, deinde Dactylus duo trochaei sequuntur.
2. Observandum (1) si pentemimeri sequatur
(2) si tribus Sapphicis subjicitur versus adonicus.
(3) si germina vox est bisyllaba, addenda ei est trisyllaba, vel monosyllaba cum bisyllaba post pentemimerim

1. Ratione dictionum versus sunt perfecti in quibus nulla pars desideratur: alij inculpati, qui per se integram sententiam absolvunt: alij illibati, in quibus nulla contrahitur aut eliditur syllaba; alij catenati, ubi caesura in medio versus deprehenditur: alij tarcograti, qui vocibus quaternis- simis usque quadrisyllabis absolvuntur: alij aequi- dici, in quibus omnes dictiones ab eadem li- tera incipiunt, ut: mala mali malo meruit malum magnum omnium. alij serpentini, qui initio et fine conveniunt. alij diabolici, qui retro lecti easdem literas, dictiones, pedes et sensum referunt: Ut: Ave- veni maturum vitamine vexa: Una malos sub manibus sola manu: summarius de Christo. Sic: Si bene te tua laus taxat sua laude te nebit: Sic: Signa te signa temere me tangis et angis Roma tibi subito motibus ibit amor. alij reciproci vel retrogradi, ubi voces repetuntur.

2. Ratione soni versus alij asperi sive fra- gosi: alij teneri qui consonum sonum de genere colliduntur: alij sonori: alij leonini, qui in me- dio et fine aequaliter desinunt

3. Ratione amplitudinis alij vocantur intercalares:
alij Correlativi in quibus singuli casus ad singula
verba referuntur: alij fortuiti seu opinabiles
quando versus aliquis ponitur dominante autore;
ut: Vel Vir Cecidit vel Bellaria sic:
Cum docuissem, cum docuisses, cum docuisset.

Regnum vel est haereditarium; vel electivum.

Philippus Melanchthon Scholas triviales ingrediens, pubem literariam aperto capite ita salutabat: Salvete Domini Baccalaurei, Magistri, Doctores, Syndici, Consules, Senatores, Secretarii, Cancellarii, Medici, Pastores, Superattendentes, Episcopi. Et quod eius adfectum aliqui ridere exciperent, respondit: Non ioco, serio mihi sermo est. Talibus n. viris, post decessum nostrum opus habebit Resp. Eccla, Scholae: quos unde nisi ex hac literaria turba expectabimus?

Vir toga [illegible] placide [illegible], i.c.,
[illegible] [illegible].

Seculi te Ver aut Ver tulerit, ubi erit quod oblectet et molestet.

In Anglia Nobilis quidam, audiens Sacerdotum Conjugia in Lateranensi Synodo iterum damnari per innocentium 4o Anno Dni 1216. hunc Rhitmum cecinit, ut Oxonii in vetustissimo Codice quodam Joannes Pullanus reperit, et ad Baleum misit, qui habet hanc cantionem. pagi: 273. & 4.

Prisciani regula penitus cassatur,
Sacerdos per hic et haec olim declinatur,
Sed per hic solummodo nunc articulatur,
Cum per nostrum Praesulem, haec, amovetur.
Ita quidem Presbiter cepit allegare:
Peccat criminaliter qui vult separare
Quod Deus conjunxerat, foeminam amare
Tales dignum duximus fures appellare.

O quam dolor anxius, quam tormentum grave
Nobis est dimittere, quoniam suave
O Romane Pontifex statuisti prave
Ne in tanto crimine moriaris, cave.
Non es Deo contrarius, immo nocens vere,
Qui quod facto docuit, verbo vult delere
Et quod olim juvenis voluit habere
Aliis vetus Pontifex studet prohibere.
Gignere nos praecipit vetus testamentum
Novum quod non retinet nusquam inventum,
Praesul qui contrarium donat documentum,
Nullum necessarium his dat argumentum.
Dedit enim Dominus maledictionem
Viro, qui non fecerit generationem,
Ergo tibi consulo per hanc rationem
Gignere ut habeas benedictionem.
Nonne de militibus milites procedunt?
Et reges a regibus qui sibi succedunt?
Per Olivam, et similibus omnia jura laedunt,
Clericos qui gignere crimen esse credunt

Dari Angelos, ex lumine n[atur]ali demonstrari p[otes]t S. m.

Q[uo]d ad p[er]fectionem Universi p[er]tinet, illud dari necesse fuit. Atq[ue] sub[stanti]ae im[materi]ales seu Angeli p[er]t[ine]t
Ex. Minor: Dat[ur] enim sub[stanti]a quaedam im[materi]alis incompleta, v[idelicet] anima: E[rgo] etiam possibilis erat sub[stanti]a completa im[materi]alis. Si ergo illa quae minus perfecta est poterat esse, multo magis haec, quae perfectior est, quippe completa.
Deniq[ue]: Causa efficiens intendit sibi assimilare effectum suum; unde, quo effectus similior causae, eo aptior est ut ab illa fiat. Cum ergo Deus sit primaria causa om[n]i[um], & ipse sit sub[stanti]a spiritualis completa, possibilis quodammodo, & tali causae magis consentaneum est, ut a tali causa procedant im[materi]ales sub[stanti]ae completae, ut incompletae, quales animae hum[anae] sunt. Dari ergo illas, est h[oc] concedendum est.
Dices, quod id neq[ue] repugnat ex parte rei, neq[ue] etiam ex parte causae efficientis, potuit deesse virtus. Infinita enim Dei virtus [et] potentia, seu omnipotentia
Ha[be]t enim vim efficiendi, quicquid non implicat contradictionem v[el] repugnantiam: atq[ue] esse quaedam completa finita, et incompleta finita, non involvit repugnantiam.

Ad Rndum Dnum Seniorem.

Quamquam neminem mortalium, vel animi dotibus
[illegible] politiorum respuere ausit [illegible] prudentia
[illegible] alia autem, quam prudentissimi Pr[illegible] auc-
toritatem [illegible] consultum, ubi [illegible] ut ex
[illegible] [illegible] qui in statu Patre
clementissimo haut Patre [illegible]: tum [illegible] vel
Per Rndum J. C. D. V. [illegible] domesticum
Coronam, nominetenus vero ab Filio Thomae, cui
Sacra [illegible] est ac pendens contentione,
exstitit quod [illegible], unde gratitudinem, [illegible]
Dei gratia recitemus. Clementem [illegible]
[illegible], sed quicquid [illegible] ad [illegible]
[illegible] ac [illegible] exigit, hactenus [illegible]
Ei affectum. Quam [illegible] [illegible];
[illegible] advocamus Patrem clementissimum, ipse
pro clementia et de [illegible] erga [illegible], Thomae
Apostoli ingenium Ei imputat, sic ut dum [illegible]
in [illegible] [illegible] Thomas sancto, [illegible]
temeritate, excusso lethargo, dignus postea [illegible]
[illegible] sanctorum interesse, cum Christo adhaerescere,

Moliri quippiam, quod vel ad speciem tantum obstare
videretur nolo omnino. Aeneus Phalaridis bos:
Deus solo obtutu hostium confundit agmina
Panicus terror i.e. repentinus, qui sine causa fit.
Inter hos familiam ducit h.e. pertinet vel spectat.

Ung IIa 2114

ULB Halle 3
002 814 145

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-61950/fragment/page=00000051

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-61950/fragment/page=00000052

De Prosodia [Ms 95] Bd. 1

Proemium.

Prosodia est pars Gramatica... modum conficiendi carmina.
Dividit in Elementariam: & Ver-
...catoriam.
... est quae docet principia car-
...s. Haec quae modum conficiendi ostendit.

LIBER I. DE PRINCIPIIS carminis.

Carmen est apta rei alicujus per
...d explicatio.
Principia Carminis sunt Quantitas & Pes.
Quantitas est quae syllabae moram seu
...us, tardiusne an citius sit pro-
...a, docet, ut pōpulus pōpulus.

CAPUT I. DE SYLLABARUM mora seu quantitate.

Syllaba ratione temporis est vel brevis
... longa, vel comunis seu anceps.
Brevis est quae celeriter profertur, ut supere, cujus nota ◡.
Longa est quae tardius & cum quadam
... pronuntiatur, ut me in dormire, cujus nota –
Anceps quae modo longa modo brevis est
... usus deposcit.
Syllaba est vel pura, vel impura.

Pura